

Kapsel 78 N 12 [78] x3008214

COMPENDIUM
Bibliothecæ Scholasticæ,

^a
VIRO

Præcellenti, Clarissimo atque Doctissimo,

DOMINO

M. LUDOVICO
CHRISTOPHORO
BLOSSIO,

Rectore Scholæ Senatoriæ Naumburgensis
meritissimo,

in

Virgine

Generis & Virtutum laude
florentissima,

JOH. IULIANA
WOLFFIA,

acqvisitum,

ipso, quo possidendi jus obtinetur,

die 18. Maji 1711.

gratulabundi


collaudant

A M I C I.

NUMBURGI, Literis Balthasaris Bosfogelii, Typographi Privileg.



Kapsel 78 N. 12 [78]



Ad Dominum Sponsum.

R Artes Scholæ Rectoris usque sustines;
Commisssa cura comparandorum TIBI est
Librùm, velut par est, quibus Schola in-
diget.

Studiose agis, quod est Tuarum partium,
Conquiris, eligis quod optimum, TVA
Nec fallitur solertia. En! sese exhibet
Compendium mirum, TIBI quod totius
Ad instar optimæque Bibliothecæ erit,
Accedis, & visum approbatur illico.

Grammatica enim quod & sagax Logica edocet
Cum Rhetoris schola, brevi Compendio
Grataque svavitate se hic sistit TIBI.
Hoc crebrius volvens doceberis satis
Compendio præsto esse, quod desideras.

Adiungitur substantiæ substantia,
Est casus idem, deque eadem re; amplius
Non copulans requiritur conjunctio.
Si TE capit Syntaxis elegantior,
Vides in unum contrahi duo commata.
Quid pulchrius? Venustius quid est? Atat
In participium non adest mutatio:
Quid ni? Capit comma alterum non nominis
Partem, sed integrum; vocatur Blosia
Quae Wolffiaæ gaudebat ante nomine.

Non

Non barbarismus hic, nec est hyperbaton,
Nec, qui Latinitatis elegantiam
Turpat, solœcismus, loquor verum, omnia
Sunt regulis consentientia optime.
Non est verendum, forte ne vox hybrida
Nascatur inde, Blossio si Wolffia
Sit juncta. Natalibus Germanicis
Utrumque nomen est. Vide, Grammaticam habes.

Logicam requiris? Omne prædicabile
Hic repperis, cum differentia genus,
Cum proprio speciem, nec accidentia
Defunt, sagax ut ille Porphyrius docet.
Hic ante- & hic postprædicamenta invenis;
Hic correlatum, quod & abundat omnibus,
Doctrina quæ Logicæ requirit, & potest
Reciprocari cum relato, & relliqua.

Rhetorica quod complectitur suo ambitu,

Compendium hoc multo TIBI nervosius

Proponit, hic adsunt *λόγοι, ἡθῆ, πάθη*

Solo vel in nutu. Et quis in dubium vocet,

Ibi eloquentiam dari mellifluam,

Ubi nil, nisi benevolentiae captatio,

Affectus ubi, qui commovetur, est amor?

Suavisimas docet loquendi formulas,

Troposque, quales, metaphora & synecdoche;

Nec non figuras dictionis optimas,

Quales, synonymia & anaphora & epiphora;

Aliasque plures, quas, magister omnium

Rerum, usus explicabit optime TIBI.


Ex classicis autoribus plura adderem,

Quæ largiter latent in hoc Compendio

Ni

Ni sit verendum, ne male, ad quos pertinet,
Ferant, reconditum omne si retegam, modo
Hoc unicum appono, loca obscurissima
Enucleabit hicce commentarius.

Quoniam ergo comparatus est tantarum opum
Cumulus in hoc Compendio, curæ TIBI
Cordique sit; versare nocturna manu
Nec non diurna illud, meretur ut locum
Non ultimum attribuas ei in libris T VIS.
Nec poenitebit TE laboris istius.
Nam lectio lecta placet, repetitaque
Decies placebit. Nulla blatta, non edax
Tinea exedat! Perfruere felicissime!
Excerpe & ex eo perenne commodum!



Kapsel 78 N 12 [78] x3008214

COMPENDIUM

Bibliothecæ Scholasticæ,

a
VIRO

Præcellenti, Clarissimo atque Doctissimo,

DOMINO

M. LUDWIG VICO

CHRISTOPHORO

B. L.

Rectore Scholæ

Numburgensis

Generis

JOH. I.

W. O.

NA

ipso, quo possi

die

gra

A M



NUMBURGI, Literis Baltasaris Bosfoegelii, Typographi Privileg.



Kapsel 78 N. 12 [78]